702.

Sigismundus Dei gratia Rex Polonie Magnus dux Lituanie Russie Prus-
sieque dominus et heres etc. Significamus tenore presentium quibus expedit universis. Quia permoti
certis rationibus atque ob commodum nostrum. Reverendo in christo patri domino Luce Episcopo
Varmien sincere nobis dilecto, universas et singulas villas, ad castrum nostrum Schtum tenute
eiusdem domini Episcopi ex antiquo pertinentes seu pertinere solitas, de manibus quarumcunque
personarum subditorum nostrorum eas tenentium eximendas consensimus consentimusque pre-
sentibus, ita tamen quod in ipa exemptione summe quibus easdem villas eximet, non excedant
summas originales per nostros antecessores in eis iuste et legittime inscriptas, decernentes
per ipsum dominum Lucam Episcopum et successores eius legittimos villas predictas ad
castrum nostrum Schtum pertinentes quascunque exemerit, iuxta vim et tenorem litterarum
originalium super eas seu singulas earum, per nostros antecessores datarum tenendum
habendum et possidendum pacifice usque ad exemptionem per nos et successores nostros fa-
ciendam qua facta possessio villarum predictarum ad nos et successores nostros redibit ple-
no iure Iuribus nostris semper salvis Harum quibus sigillum nostrum est subappensum
testimonio literarum | Dat in castris nostris circa Smolensko feria secunda proxima post
festum sancti Bartholomei Anno domini Millesimo quingentesimo octavo Reg. nri ano scdo.

+ Johannes de Lasko
R. p. Cancellarius

357.



C Consensus Sigismundi regis pro liberacione
eius ad eximendum districtum Oltzany
Sztum

Consensus Sigismundi Regis ad
eximendum Districtum Sztum

7.

C. Nro 58.

1508

No 25.